



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quibus incumbit vindicare malum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

scit, & ægrè reprimitur. De illo autem homicidio inquit Ioannes 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suū, homicida est, est enim charitas vita spiritualis. Est porrò homicidiū oris, scilicet dum impij imprecantur lingua ut Deus peste, plagiis fulgure occidat proximum. Conuiciatores siue maledici regnum Dei nō possidebūt, 1. Cor 6. Occiditur sæpè innocens in fama sua per ora detrahentium. Est tertio homicidium corporis, vbi vita homo priuatur, qua nihil habet præstantius & nobilius. Prohibet igitur Deus ne quis occida proximum. Nec Deus relinquit impunitos homicidas, est em Deus maximè custos huius legis, sicut patet, & testantur hęc verba Gen. 4. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & Matth. 26. Quia ceperit gladium, (scilicet non concessum à magistratu) gladio peribit: quarè etiamsi quis homicida effugerit manum magistratus aliquandiū, sciat tamen se Dei manum effugere non posse, qui mirabiliter trahit reos eiusmodi ad luendas poenas corporales. Sic contigit Cain, qui occiso fratre, profugit à face Dei, Genesis 4. Hoc autē facit Deus, vt retineat pacem in societate humana. Requirit ergo hoc præceptum, sicut omnis lex Dei, perfectā obedientiā, & non soli manu & opere, sed etiā corde vult impleri, sicut etiā Christus interpretatur legem Matt. 5. ideo præcipit, vt non solū manu abstineamus ab homicidio, sed etiam ne corde aut lingua noceamus proximo: id est, ne lingua det consilium aut cōsensum, vt homicidium iniustum perpetretur: nā eidē pœnę subiacent & qui faciunt mala, & qui eis qui faciūt, assentiuntur, Rō. 1. Ideò omnis amarulētia, ira, odiū, vindicta prohibetur hoc præcepto.

2. Secundò, Deus non vult vt malum, scilicet homicidium, furtum, adulteriū &c. maneat impunitū, ideo ordinavit magistratum, super terrā, & illi commisit gladium, qui loco suo vindicet malū, Rom. 13. nō em

sine
ma
tho
Mih
qua
dict
est:
ster
vnā
are,
&c.
rian
mif
Peb
fier
tim
adu
&c
ma
Ro
in
tur
tus
di
qu
der
di
am
qu
tur
tu
au
hic
Ph
fia
sinc

sine causa gerit gladium: minister Dei est ad vindictā malefacenti &c. Ideò senatus mādato Dei & eius auctoritate punit malefactores: nā Deus dicit Deut. 32. Mihi vindictā, & ego retribuam, id est, Dei est vindicta quam magistratus legitimē exercet, Priuata, verò vindicta quæ fit sine auctoritate magistratus, prohibita est: sic enim inquit Christus Matt. 5. non debetis resistere malo, scilicet si te quis percussit in maxillam vñā, prebe ei & alterā: & qui te cogit ad vnum milliare, vade duo cum illo: & benefacite inimicis vestris, &c. Nos igitur patientiā habere debemus, & pati iniuriam, sed non vlcisci nosipso, Rom. 12. Deus hoc commisit potestati, quæ si nō punierit iniustitiam, vñ illi. Publica ergò vindicta Dei p̄cepto per magistratum fieri licet & debet: & habet hęc publica vindicta legitima multas partes, id est, iudicia, bella, defensionem aduersus larones, supplicia maleficiorum legitima &c. hęc enim omnia concessa sunt Christianis, quia magistratus est res bona & diuina ordinatio, vt patet Rom. 13. Omnis potestas à Deo est. Tales extiterunt in officijs & imperijs suis Ioseph, Dauid, Josue, Centurio, & multi alij sancti principes. Verū magistratus debet legitimam & secundūm leges exercere vindictam mali. Si enim sine legum auctoritate, priuata quadā cupiditate vteretur, seu quoquis alio modo laderet aut vim inferret, hoc ad priuatam attineret vindictam, & esset grande peccatum.

3.

Tertiò, quia aliud est irasci propter gloriam Dei, & amorem iustitiae, & aliud ex priuata cupiditate, vt quandò nobis commoda nostra eripiuntur & interturbantur voluptates, ideo peccatum irae intelligitur. Sed quandò fit studio defendendæ gloriae D E I aut iustitiae vel aduersus impietatem & turpitudinem, hic zelus & ira placet Deo, & non est peccatum. Sic Phineas promittitur sacerdotium propter zelum gloriae D E I, & contra impietatem, Numerorum xxv.

& 4.